

Universitätsbibliothek Paderborn

Opvs De Ivdiciis Divinis, Qvae Devs In Hoc Mvndo Exercet

Accessit index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos & Festos, ab ipso Auctore confectus

Stengel, Georg

Ingolstadii, 1651

13. Alio noui Testamenti pauperes curantium exempla.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45699

rant; Eliseos, Prophetas, Religiosos in domum non admittunt;

Quare vna cum illis diuinam excludunt benedictionem. Aliæ fe-

minæ etiam foras eunt, vt pauperibus seruiaint. Quales fuerunt

Euc. 8. 3.

illæ, de quibus Lucas hæc memorat: Et factum est deinceps, & ipse

iter faciebat per cimata, & castella, pradicans, & euangelizans regnum

Dei: & duodecim cum illo; & mulieres aliqua, qua erant curata affi-

ritibus malignis, & infirmitatibus: Maria, que vocatur Magdalene,

de qua septem demonia exierant, & Ioanna uxor Chusa procuratrix

Herodis, & Susanna, & alia multa, qua ministrabant ei de facultati-

bus suis. Consuetudinis Iudsica fuit, ait S. Hieronymus, nec duceba-

tur in culpam, more gentis antiquo, vt mulieres de substantia sua victum

atq; vestitum præceptoribus darent. Sed hoc quia scandalum facere po-

terat in nationibus, Paulus se abiecitse commemorat. Ministrabant au-

tem he mulieres Domino de substantia sua, non quid indigeret cibis Do-

minus creaturarum, sed vt typum ostenderet magistrorum, quid victu-

atq; vestitu de discipulis debeant esse contenti. Hæc D. Hieronymus.

Theopil. in
1. Cor. 9. 5.

Eamdem caussam indicat Theophylactus his verbis: Divites feminae

comitabantur Apostolos, vt suppeditarent eis necessaria, omnem illis se-

curitatem horum caussa parantes, vt soli Euangelij prædicationi ipsi

S. Ambros. in
eand. ep.

vacarent. D. Ambrosius autem etiam aliam caussam adducens ait:

Seilicet mulieres opulenta desiderio doctrinae Dominicae, & virtutum se-

quebantur Apostolos, & ministrabant eis & sumptus, & seruitia, sicut &

Saluatorem sunt secuta. Quid multis opus? Ipse Apostolus ait:

Numquid non habemus potestatem mulierem sororem circumducendi,

sicut & ceteri Apostoli, & fratres Domini, & Cephas? Aut ego scilicet, &

Barnabas, non habemus potestatem hoc operandi? Habuit sanè Paulus

potestatem, sed noluit ea vti, ne Gentiles offendiceret. Ceterum

planè non exiguum opus erat harum matronarum, quæ diuinæ

sapientiae audiendæ, & pauperes Apostolos pascendi caussa tanta

itinera, & tot incommoda suscepserunt. Nunc multæ, ne dignan-

tur ad planteas usque descendere, vt Christum in pauperibus suis

pascant.

XIII. Quamquam sanè multæ fuerunt præclaræ, quæ id facta-

runt. Quis regiam illam mentem Elisabethæ nescit, quanta fue-

rit amatrix & nutrix egenorum? quis Radigundas non nouit mi-

raculæ, ob pauperes adiutor, illustratas? S. Birgitta vidua multis

XIII.
Surius 23.
polij.

x

eucla-

reuelationibus nobilitata, infirmorum, morbidorum, & pauperum felix & inclita mater eleemosynas largissimas prestabat. Habet autem magnas ades pauperibus deputatas & ius feminas, que illorum ministerio semper occuparentur. Sed & ipsa cum multa humilitate non raro illis inferuebat, lauans, & osculans pedes eorum. S. Anatolia. Sur. 9. Iulij. Diodori filium cum a malo dæmone liberalasset, adjit eam Diodorus cum vxore, obtulitque ingentem vim pecuniarum. Sed S. Anatolia nihil penitus accipiens, dixit: *Vade, & egenis Christianis, atq. inopibus eroga: tu vero crede in Christum, unacum tuis, & liberaberis.* Nimirum opes Anatolia a se in pauperes, quemadmodum alij labores solent, deriuauit. Numquam ad finem, in hoc genere argumenti, decurret oratio, si omnia velim attingere exempla. Nullus sanctus, nulla sancta fuit, quæ misericors non fuit. Hanc enim virtutem voluit diuina sapientia idcirco extendi, ut sua quoque erga pauperes cura extenderetur. Neque potest ullam in rem pecunia utilius expendi, quam quæ expenditur in charitatem. Qua de causa Frater quidam interrogauit Pastorem dicens: *Dimissa est mihi omnis hereditas, quid facio ex ea?* Et dicit ei Abbas Pastor. *Vade, & post tres dies veni, & dico tibi. Venit autem, sicut præfisiuit, & dicit ei senex: Quid tibi habeo dicere, frater? Si dixeris, da eam in Ecclesiam, clerici sibi facient conuinia ex ea: Si autem dixeris, da eam parentibus tuis; non est tibi merces: si vero dicam, da pauperibus. securus eris. Quidquid ergo vis, vade, fac.*

Apud Heribert. Ros. vveid. lib 5. de vitis PP. libell. 10. de discret. n. 55

CAPVT XIV.

Moysis, Eliae, Ioannis Baptiste, ipsius Christi & Deipara; itemque Apostolorum, ac primituorum Christianorum paupertas voluntaria.

AD commendandam paupertatis virtutem, narrat S. Bernardinus Senensis hanc parabolam. Rex quidam duas filias habuit, unam pulcherrimam, aliam turpissimam. Pulchra apperebatur ab omnibus, & honorabatur: turpem vero nullus nedum amare, sed nec videre volebat. Hac autem amarissime flebat in conspectu regis. Cui rex: *Nolis flere, inquit, dilectissima filia mea: Nam qui in sponsam duxerit sororem tuam, nihil secum accipiet, nisi pulchritudinem.*

I.

S. Bernardinus
r. 3 tract. do
8. Beatitud.
serm. 2.